



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Sectio II. De Spe Dubia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Et Charitas per quodvis lethale piaculum: Ergo & spes per quolibet desperationis actum; nam desperatio directe spei opponitur. Omnes sic.

¹⁹
*De Prasump-
tione.* Presumptio vero est affectus, quo speramus aliquid à Deo inordinate. Duplex est, una, qua quis inordinate propriae virtuti innititur, verbi gratia, si presumat, se aliquid posse prestare, quod supra eius vires sit, quo pacto Pelagiani presumebant, se posse propriis viribus sine Dei gratia praecepta omnia servare, ac beatitudinem mereri. Altera qua quis inordinate divinae misericordiae, ac potentiae innititur: verbi gratia, si speret, se posse à Deo remissionem peccatorum sine poenitentia, aut sine operibus bonis beatitudinem promereri. Quod agunt illi, qui suis in criminibus perseverant, sperant tamen, se posse per infinitam Dei misericordiam, ac pietatem saluari. Semper huiusmodi presumptio est mortalis, nec parvas materias exculare potest, sed solus plene deliberationis defectus. Quia sic presumens, de Deo falso iudicat, posse beatitudinem assequi absque meritis à divina providentia, ac iustitia institutis, unde gravissime utrumque leditur attributum. Sanchez libro secundo, Dealogi capite 34. numero septimo, Bannes 2.2. quaestione 21. articulo 2. dubio 2.

²⁰
*Peccati
Prasumptio-
nis gravi-
tas.* Est hoc peccatum contra Spiritum Sanctum, sicut & desperatio. Quia contemnit quoad exercitium divinum auxilium. Minus autem grave est, quam Desperatio. Quia non tam graviter spei opponitur: desperatio enim tollit misericordiam, praesumptio vero punitionem. Oriturque vitium ex superbia. D. Thom. 2.2. quaestione 14. articulo secundo, & quaestione 21. articulo secundo, & quarto, & omnes communiter.

²¹
*Est contra
Spiritum
Sanctum.* Potest Presumptio, (sicut & desperatio) cum haeresi, & sine haeresi reperiri: tunc est simul cum haeresi, & per consequens cum duplici culpa, quando est error in intellectu, quo quis crederet, beatitudinem absque poenitentia, & meritis obtinendam: vel solis propriis operibus absque Dei gratia; tunc vere est sine haeresi, quando non oritur ex illo iudicio, sed ex hoc: Deus pro sua ineffabili misericordia mihi mea crimina etiam sine poenitentia condonabit. Porro si peccatum praesumptionis haeresim involvat spem corrumpit. Quia tollit Fidem, quae est spei fundamentum. At sine haeresi sumptum, non tollit spem, ut si quis delinquat contra spem, quia praesumit de Dei misericordia quod in peccato morietur, & simul vult in peccato persistere. Turrian. 2.2. q. 21. a. 2. & alij.

SECTIO SECVNDA.

De Spe, Dubia.

CAPVT IV.

Circa Naturam, seu Essentiam Spei in communi.

DVBIVM I.

An Sperare sit actus voluntatis?

²²
*Status qua-
sitionis.*



²² In triplici Dubio proximo loquor de Spe in communi prout abstractum à divina, seu Theologica, qua speramus à Deo: & à spe humana, qua ab homine speramus. Quaesierim in primis, Vtrum sperare sit actus intellectus, an voluntatis?

²³ Non actus voluntatis, sed intellectus, quo *Est actus* iudicamus, nobis futurum esse aliquid bonum. *intellectus,* Quia qui iudicat, bonum aliquid sibi futurum, dicitur, bonum id sperare: & qui sibi non futurum iudicat illud bonum, dicitur, illud de sperare. Sic nonnulli, quos pressis nominibus memorat Gaspard. Hurtado de Spe, disput. 1. *non volun-
tatis.* difficult. 1.

²⁴
*Est actus
voluntatis,
non intelli-
gens.* Non est actus intellectus, sed voluntatis. Quia si esset actus intellectus, maxime esset iudicium, quo iudicamus bonum aliquid nobis esse futurum: iudicare autem id, non est sperare; nam qui id iudicat, non sperat, si bonum illud non desiderat: & qui iudicat, aliquid bonum sibi non futurum, non dicitur illud de sperare, si intendat, & conetur, illud adipisci. Ergo actus Spei est actus voluntatis, & non quicumque, sed quo nobis desideramus bonum aliquid adipisci. Ita Hurtado citatus, & iam Theologi omnes.

²⁵
*Hic certum
si. mih.* Hoc certum mihi. Annoto autem, nonnullos haereticos asseruisse, non distingui actum spei ab actu fidei. Quia in Scriptura aliquando si. mih. desumitur pro spe: unde colligunt spem non esse actum voluntatis, siquidem fides ad intellectum pertinet. Profecto actum spei non esse actum intellectus, qui est fidei, significat Paulus 1. Corinth. 13. dum ait, Nunc autem manent Fides, Spes, & Charitas tria haec. Vbi distinguit aperte spem à fide. Quod si aliquando fides in Scriptura sumitur pro spe, scilicet, ideo est, quia spes est quasi fructus & effectus fidei.

DVBIVM

DUBIVM II.

An actus sperandi addat aliquid supra id quod sufficit ad boni futuri desiderij rationem?

²⁶ Commune est, sperare esse actum prosecutionis circa bonum: & non esse gaudium, seu delectationem circa bonum praesens seu possessum: neque esse amorem circa bonum secundum se; sed esse desiderium circa bonum, ut futurum, seu adipiscendum. Quia spes, ut ait Tul. *question. 4. Tuscul.* est *Speculatio boni futuri*. Quaelicet itaque, an actus sperandi addat aliquid supra id, quod sufficit ad desiderium boni futuri?

²⁷ Nihil addit, ac proinde quodcumque desiderium boni futuri est actus sperandi. Quia si spes adderet aliquid supra id, quod sufficit ad desiderij boni futuri rationem, maxime quia spes versatur circa bonum habens arduum: at ob hoc nequit addere quidem, neque à desiderio distinguere; arduitas enim non est ratio pertinens ad obiectum actus sperandi, quia non est bonitas, sed potius difficultas, & molestia retrahens voluntatem ab sperando; actus autem non distinguitur nisi ob rationes in obiecto distinctas. Sic Gabriel. in 3. *diffin. 26. qu. unic. artic. 1.* Almain. *quest. 2.* Caietan. 2. 2. *quest. 18. artic. 1.* Fanet D. Augustin. in *Enchirid. cap. 8.* dum ait, *Spem esse desiderium boni futuri pertinentis ad sperantem.*

²⁸ Aliquid addit supra id, quod sufficit ad rationem desiderij boni futuri, ac proinde non quodcumque desiderium boni futuri est sperandi actus. Quia sperare non est quodcumque desiderium boni futuri, seu adipiscendi: sed est desiderium efficax; nam qui tantum inefficaciter desiderat aliquid bonum adipisci, non dicitur, illud sperare: At quodcumque desiderium non est efficax boni futuri, seu adipiscendi illud est efficax desiderium, quo quis tendit in bonum arduum, seu difficile quoad adeptionem; bonum enim, quod in sui adeptione non est arduum, non dicitur sperari, seu expectari, sed tantum desiderari; & quia voluntas nequit efficaciter tendere ad adipiscendum bonum arduum nisi insurgendo, ac se erigendo, & quasi se exerendo contra eiusmodi arduum: ideo actus sperandi est desiderium efficax, quo voluntas animose, & erecte in bonum arduum tendit. Ita Suarez de Spe, *disp. 1. sect. 1.* Lorca *disp. ut. 1.* Turrian. 2. 2. *disp. 60. dub. 1.* Becan. de Spe, *cap. 17. quest. 4.* Granad. *tract. 1. disp. 3.* Adamus *question. 1. dub. 1.* & alij communiter.

²⁹ Cum his sentiens, affirmo, in voluntate circa bonum, quod est obiectum actus prosecutionis ipsius, esse actus in triplici differentia. Alius namque est circa bonum, ut praesens, seu adeptum, qui dicitur gaudium, seu delectatio; alius est circa bonum ut futurum, seu adipiscendum, qui dicitur desiderium; & alius est circa bonum secundum se, pro ut distrahatur à praesenti, & à futuro, qui dicitur amor. Igitur sperare, est actus prosecutionis circa bonum, ut futurum, seu adipiscendum; quia Spe expecta-

mus adipisci bonum: siue desiderium; attamen supra id, quod ad desiderium sufficit, addit aliquid, nempe esse efficax, quo quidem efficaci desiderio tendimus in bonum futurum arduum, seu difficile quoad adeptionem; quia bonum, quod in sui adeptione arduum non est non dicitur sperari, sed tantum desiderari, ut secundum sententiam fert fundamentum.

DUBIVM III.

An bonitas obiecti, quod speratur Spei sit obiectum formale?

³⁰ Materiale Spei obiectum est bonum ipsum, quod speratur adipiscendum. In hoc Doctores conveniunt, dubitant vero quodnam sit obiectum formale, seu quo? Num sit bonitas obiecti, quod adipiscendum speratur?

³¹ Non est obiecti quod speratur bonitas, sed ipsa persona potens conferre bonum, quod speratur. Quia actus Spei innititur personae, à qua speratur bonum; ideo enim desiderium efficax boni iudicati futuri ab altero dicitur spes, quia est à altero: ergo persona à qua speratur bonum, est motuum, seu obiectum formale sperandi. Sic Valquez *part. 1. lib. 84. cap. 1. & 1. 2. disp. 40. cap. 2.* Turrian. *disputatione 60. dubio 1.*

³² Est bonitas obiecti, quod speratur, non ipsa persona potens conferre eiusmodi bonum. Quia bonitas rei, quae concupiscitur, est quae movet ad rem ipsam concupiscendam. Ideo enim concupiscimus rem aliquam, vel quia est honesta, vel quia est delectabilis, vel quia est utilis: Ergo bonitas rei, quae actu spei concupiscitur est obiectum, seu motuum formale quo ipse actus spei. Ita Suarez de Spe, *disputatione prima, sectione tertia, Coninch. disp. 19. dub. 1.*

³³ Ego autem existimo, obiectum motuum, seu formale cuiuscumque actus spei esse triplex, sicut & triplex est obiectum materiale. Actus enim spei, ut habet rationem, seu respectum concupiscentiae, ac desiderij boni futuri, habet pro obiecto materiali rem ipsam bonam quam speramus: & pro motivo habet bonitatem illius rei bonae; quia eius bonitate allicimur ad eam concupiscendam. Et idem actus spei, ut habet rationem, seu respectum concupiscentiae, & desiderij ab altero, habet pro obiecto quasi materiali personam ipsam, à qua res illa speratur: & pro motivo, seu formali obiecto potentiam ipsius personae; quia ideo movemur ad considerandum rem illam ab ea persona, quia persona haec est potens, seu habet potentiam ad rem illam conferendam: & non quia persona illa sit benigna, aut fidelis, quavis haec conducat ad formandum iudicium utritationis boni.

CAPVT V.

Circa Naturam, seu Essentiam
spei Theologica.

DVBIUM IV.

An obiectum materiale, & immediatum
Spei Theologicae sit nostra beatitudo
formalis?

34
Est nostra
beatitudo
formalis, non
Deus.



Si nostra beatitudo formalis, non Deus, qui quidem est tantum obiectum indirectum & connotatum & quasi mediatum. Quia actus spei Theologicae, utpote habens rationem amoris benevolentiae respectu ipsius sperantis, cui speratur: & rationem amoris concupiscentiae respectu beatitudinis, respicit hanc ut bonum proprium ipsius sperantis; eo enim actu sperans desiderat sibi beatitudinem ut bonum proprium ex complacentia sui; Deus autem non est bonum sperantis immediate, & ratione sui: sed tantum ratione visionis: sola enim visio ratione sui perficit ipsum beatum, & non Deus ratione sui, utpote non accidens beati, sed res à beato supposita taliter distincta. Sic Durand. in 3. distinction. 26.

35
Non est obiectum materiale, & immediate. Est Deus, tum Spei nostra beatitudo formalis, sed Deus; non nostra beatitudo autem seu visio tantum est conditio, qua Deus voluntati proponitur. Quia si solus Deus non esset obiectum immediatum actus Spei, virtus Spei non esset Theologica, seu diuina. Ita Caietan. 2. 2. quaestioni, 17. artic. 2. & 5.

36
Ego autem existimo actum Spei Theologicae immediate, ac directe esse circa utramque beatitudinem, nempe circa visionem Dei, & circa Deum ipsum. Quia tam Deus quam visio Dei immediate, & ratione sui est bonum beato suo quidem modo vnum, & alterum, visio tanquam adeptio, seu possessio Dei, & finis quo: & Deus tanquam res adepti, siue possessa, & finis qui: & neutrum est bonum beato ratione alterius, seu mediante altero, & ut alteri coniunctum: ac proinde neutrum est finis completus beato, sed ex utroque vnus integer finis coalescit. Mecum Suarez de Spe, disputatione prima, sectione prima, Loca disputatione secunda, Turrian. disputatione sexagesima, dubio tertio, Coninch. disputatione 13. dubio tertio. Granad. disput. 1. Valquez 1. 2. disput. 13. & Theologi communiter.

DVBIUM V.

Sperare nos aliis beatitudinem, & alia bona, ut bonorum ipsorum ex ipsa complacentia siue ex eadem Spe, ex qua nobis illa ex complacentia nostri speramus?

37
Suppono, nos posse sperare à Deo aliis beatitudinem, & alia bona. Quia vere possumus efficaciter desiderare, quod alij à Deo praefata bona adipiscantur, iudicantes illa esse adepturos, Philip. 1. Confidens, quia qui capis in vobis opus bonum perficiet. Et 2. Corinth. 1. Spei nostra firma sit pro vobis, scientes, quoniam factus socij passionum estis, ita eritis, & consolamini. Certum vero est, nos sperare aliis ea bona ex complacentia nostri, quatenus nobis profutura sunt, esse ex eadem peculiari Spe Theologica, qua nobis illa speramus ex complacentia nostri. Quia etiam tunc nobis formaliter nostra. Quaestio igitur est, an sperare nos aliis ea bona, ut bona ipsorum ex ipsorum complacentia, sit ex eadem Spe, ex qua nobis illa speramus ex complacentia nostri?

38
Est quidem ex eadem Spe. Quia actus, quo nobis ex complacentia nostri ea bona à Deo speramus, & actus, quo alteri eadem speramus, à Deo ex eius complacentia, habent idem obiectum materiale, & formale: nam utroque actu eadem bona ob ipsorum bonitatem, & ab eodem Deo potente speramus: ergo sunt eundem Spei, & ex eadem virtute Theologica. Sic Lorca de Spe, disputatione 1. dub. incidente.

39
Non est ex eadem Spe. Quia actus, quo speramus proximo ea bona à Deo ex complacentia ex ipsius proximi complacentia, est actus benevolentiae erga proximum habens quoad hunc respectum benevolentiae pro obiecto materiali ipsum proximum, & pro formali ipsius bonitatem. Actus vero, quo speramus nobis à Deo bona ex complacentia nostri, est actus benevolentiae non ergo proximum, sed erga nos, habens quoad hunc respectum benevolentiae pro obiecto materiali nos ipsos, & pro formali bonitatem nostri. At actus benevolentiae huiusmodi erga nos, & erga proximum non solum physice, sed & moraliter specie distinguuntur: quia diuerso modo est consonum rationi velle proximo bonum ex complacentia ipsius ac velle nobis ex complacentia nostri ob diuersum modum respectus benevolentiae erga nos, ac erga proximum, quamuis eadem bona nobis, & proximo velimus, & ob eandem ipsorum bonorum bonitatem, & ab vno eodem Deo. Ita Suarez de Spe, disputatione prima, sectione tertia, Becanus de Spe, capite 17. quaestione secunda, Coninch. disputatione 19. dub. 5. Valquez 3. part. disput. 43. numero 6.

40
Cum his opinor, & amplius doctrinam expono. Affectus, quo proximo speramus bonum à Deo ex Complacentia ipsius proximi, quamuis non tantum habeat honestatem benevolentiae erga illum, sed etiam honestatem Spei: nihil.

Sectio II. De Spe, Dubia. 109

nihilominus Quando affectus hic est supernaturalis (qualis est ille, quo à Deo speramus bonum siue quoad substantiam siue quoad modum supernaturale) tantum elicitur ex virtute infusa benevolentiae erga proximum: & non ex virtute infusa spei, quia nobis ex complacētia nostri speramus. Quia affectus ille ab vna tantū virtute infusa est eliciendus, cum ex virtute infusa eliciatur quoad substantiam suam quæ indissolubilis est quoad extensionem: & non ex alia virtute, quam ex infusa benevolentiae erga proximum, bonitas enim proximi est motuum quasi vltimum, & modificatiuum in eo affectu, & reliqua se habent quasi materialia, ac modificabilia; modo namque nostro concipiendi præsupponuntur ad illud: quia affectu bonum à Deo proximo ipsi speramus.

DUBIUM VI.

An actus Spei Theologica sit sua substantia supernaturalis?

⁴¹ *Certum suppono.* Ad actum Spei Theologicae, quo à Deo bonum supernaturale speramus, & qui est dispositio ad iustificationem, saltem medio Sacramento faciendam, necessarium est gratiae Dei auxilium, vt in Triden. sess. 6. can. 3. definitur. Hoc supponito, Doctores conveniunt, actum Spei Theologicae, quo à Deo bonum supernaturale speramus, esse aliquo modo supernaturalem. Dubitant vero, num sit supernaturalis in sua substantia?

⁴² *Non est supernaturalis.* Non est in sua substantia supernaturalis. Quia viribus naturalibus ab homine sperare quodcumque bonum, quod possit ab ipso sua virtute conferri: Ergo etiam eidem viribus possumus à Deo beatitudinem, ac reliqua bona supernaturalia sperare; magis enim est potens ad ea conferenda, quam homo ad impetrenda quæ potest. Ergo actus virtutis spei est quoad suam substantiam naturalis, vt potest qui viribus naturalibus elici potest. Sic Sotus de natura, & gratia, c. 22.

⁴³ *In sua substantia est supernaturalis.* Est supernaturalis in sua substantia. Quia actus voluntatis sumit suam substantiam ex ordine ad obiectum formale, seu ad materiale vt formali subest; obiectū autē formale actus Spei Theologicae, quo bonū, aliquo modo, supernaturale speramus, est vere supernaturale saltem quoad modum, etiam quoad triplicem respectum, qui in eo actu spei reperitur. Obiectum enim formale est bonitas obiecti materialis sperati, quod est supernaturale saltem quantum ad modum; & est omnipotentia Dei vt supernaturaliter potens, seu agens; & est bonitas personæ cui speratur, tanquam concui Sanctorum, & vt eleuata ad finem supernaturalem: Ergo substantia actus Spei Theologicae, quo bonum aliquo modo supernaturale speramus, est supernaturalis, vt potest imbibes respectum, imo & respectus ad obiectum supernaturale saltem quoad modum. Ita Turrian. 2. d. 6. dub. 1. Coninch de fide, disp. 4. dub. 3. Granad. d. 4. Hurtad. de spe, d. 1. diff. 8.

⁴⁴ Hanc sententiam probabiliorē esse reor. Eschob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

Quamuis enim Deus sit magis potens, quam homo imo omnipotens: nihilominus quia Deus respectu doni supernaturalis est supernaturaliter potens, & bonitas illius doni est supernaturalis, & bonitas personæ cui speratur: ideo tantum mouent ad actum supernaturalem, & consequenter ad actum; qui nequeat viribus naturæ elici: sed medio habitu supernaturali eleuante voluntatem, sed medio concursu diuino supernaturali illius habitus vices supplente, & etiam medio ordinis supernaturalis auxilio.

DUBIUM VII.

An actus Spei in esse moris sit actu Fidei perfectior?

⁴⁵ *Nonnulla suppono.* Suppono, actus fidei, spei, & charitatis, vt. Spote physice, ac moraliter distinctos secundum speciem esse in perfectione specifica tam physica, quam morali inæquales; ita vt alius alio perfectior existat. Porro actus charitatis in esse moris perfectior est actibus fidei, & spei (& consequenter habitum charitatis esse radicaliter in esse moris habitibus fidei & spei perfectior) 1. Cor. 13. Paulo id asserente, Nunc autem manent fides spes, & charitas tria hæc, maior autem horum est charitas. Et quidem nihil ita honestum est, ac diligere Deum propter se ipsum, seu qui est in se bonus. Quæstio autē num actus spei in esse moris sit actu fidei perfectior?

⁴⁶ *Fidei actus perfectior est actus spei.* Perfectior est fidei actu. Quia actus spei ratione sui est liber, & honestus: actus vero fidei non ratione sui, sed ratione actus voluntatis. Sic Suar. de spe, dub. 1. sect. 6. Becan. 2. 2. capit. 17. quæst. 5. Coninch de fide, disp. 4. dub. 8.

⁴⁷ *Spei actus perfectior est actus fidei.* Non est perfectior actu fidei, sed è contra actus fidei est spei actu perfectior in esse moris. Quia ex vna parte actus fidei non est minus supernaturalis quam actus spei, & est eo physice perfectior; & ex altera parte actus fidei captiuat intellectum in obsequium fidei, non attendens commodum proprium; actus vero spei id attendit. Ita Medina 2. 2. quæst. 17. a. 7. Lorca ibi, a. 8. Bannes q. 4. a. 7. d. 1. Granad. tr. 1. d. 6.

⁴⁸ *Eiusdem mentis sum.* Cum his opinor. Nam quod actus fidei non sit liber ratione sui, sed ratione actus voluntatis, non obstat, vt sit honestior actu spei, qui ratione sui est liber; libertas enim tantum est fundamentum honestatis, quæ potest esse maior in actu libero ratione alterius, quā in eo altero, à quo ille est liber.

DUBIUM VIII.

An actus Spei pendeat in sui generatione ab actu Charitatis?

⁴⁹ *Certū suppono.* Commune est Theologis, actum fidei non pendere in sui generatione, seu in suo elici.

K

elici ab actu spei, nec ab actu charitatis quia potest elici & esse absque illis. Et actum Spei supernaturalem, & actum charitatis in sui generatione pendere ab actu fidei, siue ex Dei institutione, qui non auxiliatur efficaciter ad illos absque supposito fidei actu: siue ex natura rei; quia actus charitatis sunt actus voluntatis & supernaturales; actus autem voluntatis ex natura rei praequirunt in intellectu cognitionem sibi proportionatam, & in via non est alia cognitio supernaturalis nisi cognitio fidei. Quaesierim autem, utrum actus spei pendeat in sui generatione ab actu charitatis, an è contra?

50
Dependet
ab actu cha-
ritatis.

51
Ab actu
charitatis
non depen-
det.

Actus spei in sui generatione, seu in suo elici dependet ab actu charitatis. Quia indicat id Augustinus in *Enchirid. cap. 8.* dom ait: *Spes sine amore esse non potest.* Quomodo enim possumus sperare quod non amamus ut nostrae accinens beatitudinis? Sic Magist. in *3. disp. 26.* Actus spei in sui generatione, seu in suo elici à charitatis actu non pendet. Quia amor concupiscentiae, quo nobis efficaciter erecte ac confidenter desideramus, verbi gratia, gloriam à Deo, iudicantes eam futuram, non requirit amorem benevolentiae erga Deum; id enim nullo apparenti fundamento potest affirmari: Ergo actus spei non pendet ab actu charitatis, & multo minus ab habitu. Ita Suar. de fide. d. 1. se 7. 1. Lorca. Granada, & alij, quos memorat, ac sequitur Hurtado de spe, dub. 1. diffio. 10.

32
Hanc sen-
tentia com-
munem qui-
dem eligo.

Hanc sententiam communem Theologorum esse video. Indicat Trident. *ses. 6. capit. 6. & ses. 14. capit. 1.* dum actum spei enumerat inter dispositiones etiam tempore praeuias ad iustificationem. Quia ante iustificationem non praesupponitur tempore charitatis actus, sicut neque habitus. Dom vero ait Augustinus *spem sine amore esse non posse*, exponitur à Suario de amore concupiscentiae, quo Deum secundum se ut bonum nostrum nobis amamus: & quo ut nobis bonus placet, & quem actus desiderij regulariter supponit. Imo addiderim, actum spei aliquando esse generatione priorem actu charitatis, & hunc ab illo pendere non ex natura rei, sed ex Dei voluntate quia ex hac praequiratur ad iustificationem melio Sacramento (ut constat ex Trident. *ubi supra*) & consequenter ad habitum charitatis, qui in Sacramento infunditur: & ad actum charitatis ex eo habitu ortum. Praeterea ad actum charitatis elicatum ab habitu infuso extra Sacramentum regulariter conducit immediate; quia ex actu spei, quo nobis speramus Deum ab ipso, regulariter mouemur ad actum charitatis Dei, quamvis ex natura rei non praequiratur ad actum ipsum charitatis, ex actu enim fidei, quo credimus Deum in se bonum, possumus immediate ad actum charitatis Dei absque actu praeui spei excitari.



CAPVT VI.

Circa personas, in quibus actus
spei insit.

DVBIUM IX.

An in beatis sit actus Spei corporis
beatitudinem?

ERTVM est, in beatis non esse actum spei circa beatitudinem essentialem, Certum neque formalem, neque obiectivam, premittit. Quia eam iam possident. Rom. 8. *Quod vixit quis, quid sperat?* Et in illis non solum non est spes circa adeptionem beatitudinis essentialis animae, sed nec circa continuationem, seu conservationem illius. Quia beatitudo essentialis sua natura est incorruptibilis, & perpetua: ac proinde semel habita ex natura rei continuatur, & ideo nequit sperari. Ob quod dicitur spes in patria evacuatur; quia scilicet in patria non manet circa essentialem animae beatitudinem. Quaesierim verò, an in beatis sit actus spei circa beatitudinem corporis.

Non est. Quia gloria corporis non est beatus ardua, seu difficilis. Et quia eam sperant actus charitatis erga Deum. Sic Lorca 1.2. d. 7. de spe. Torrian. 2.2. d. 62. Coninch 2.2. d. 4. dub. 1. Granada. 1.2. d. 1. Adam. q. 1. d. 2.

Est quidem. Quia beati desiderant efficaciter gloriam corporis à Deo, quam non habet in sua potestate. ac proinde est illis ardua, & ab eis erectè desideratur, imo & confidenter: quamvis etiam ab ipsis desideretur ut bonum, & Deo gloria ex complacentia Dei ipsius refundetur. Ita Suar. de spe, d. 1. se 7. 8. Becan. c. 17. q. 6. Valq. 3. p. d. 4. 3. c. 2. Hurtado de spe, d. 1. diffio. 11.

Hanc sententiam probabiliorum eligo, & confirmo. Desiderium, quo beati sperant aliis beatitudinem à Deo, siue accidentalem corporis est in eis actus benevolentiae erga illos alios: & est etiam actus charitatis erga Deum; quia illis absque dubio desiderant beatitudinem ut bonum eorum ex ipsorum complacentia Dei, quatenus ex beatitudine illorum Deo gloria refundetur. Imo etiam est actus virtutis spei ex propria complacentia, quatenus ex beatitudine eorum ipsis redundabit gaudium; quod quidem in beatis fit non vnico tantum desiderio; sed triplici alio, quo desiderat aliis beatitudinem ex complacentia eorum: alio quo desiderant illis eandem beatitudinem, ex complacentia Dei: & alio, quo eis illam ex propria complacentia desiderant.

Sectio II. De Spe, Dubia.

III

D V B I V M X.

An in beatis maneat habitus Spei infusus?

⁵⁷ *Manet.* **M**anet quidem. Quia in illis est actus Spei circa corporis gloriam, qui est Theologicus, & supernaturalis: eo enim sperant eam gloriam à Deo potente supernaturaliter ex parte modi. Nā corporis gloria non est physice debita beatis. Vel quia in illis est gaudium de beatitudine animæ adepta, quod etiā est supernaturale. Ergo in illis est habitus infusus spei ut præfatos supernaturales actus connaturaliter eliciant. Sic Suar. de spe d. 1. sect. 8. Becan. de spe, c. 17. q. 6. Coninch. d. 4. dub. 10. Addunt tamen, hunc habitum non manere in beatis sub denominatione spei. Vel quia nullum actum vere spei eliciunt, ut Coninch ait: vel quia non eliciunt principalissimum actum spei circa gloriam adipiscendam, ut Suarius docet.

⁵⁸ *Non manet.* Non manet. Quia quāvis in beatis sit actus ille spei circa corporis gloriam, qui est Theologicus, & supernaturalis: tamen cōuenientius est, eum actum, secundarium quidem, & minus principale, non elici perfectē & connaturaliter medio habitu infuso, sed concursu peculiari Dei: quam in beatis admittere varietatem, ac destructionem illius habitus; qui tandem post adeptam gloriam corporis, destruendus esset: quia in æternum futurus erat otiosus, & loco illius futura sit tentio seu comprehensio, eius, quod speratur. Ita Valq. 3. p. d. 43. capit. 2. Turrian. & Granado, quos citat & sequitur Gasp. Hurtado de spe, d. 1. diff. 11. Valent. 1. 2. dub. 5.

⁵⁹ *Huius sequor.* Huius sequor. adiciens, actum gaudij, quo beati fruuntur ob beatitudinem animi adeptam, ut bono proprio ex propria complacentia, quamvis sit Theologicus, & supernaturalis, quia est ob bonitatem Dei visi qua est ipsi beatis bonus ex complacentia ipsorum ut civium supernaturalium: non elici ab habitu infuso spei; quia non est actus spei, ut patet: & est diversæ speciei ab illo; quia voluntas eo actu tendit diverso modo in illa objecta quam actu spei quo tendit efficaciter, erēctē, & confidenter, & non actu gaudij: & diverso modo movetur à bonitate Dei visi, ac quando sperat Deum videre.

D V B I V M XI.

An in Christo Domino in hac vita existens fuerit Spes, quoad habitum?

⁶⁰ *Non fuit.* **N**on fuit. Quia cognovit Christus se gloriam sui corporis, & sui nominis exaltationem certo cōsequaturum: nec timuit amittere, eo quod virtute suppositoque divino erat roboratus. Sic nonnulli olim Theologi. Fuit plane. Quia gavisus fuit de visione beata, tum ob gloriam Patris, tū quia illi erat bonum proprium. Et insuper spem habuit cōsequendi gloriam sui corporis, exaltationemque sui nominis, quibus perfectius Deo uniretur. Ita D. Tho. 3. p. qu. 7. art. 4. & ibi Suar. in Esob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

comment. Valq. d. 43. c. 2. Castro Palao p. 1. tr. 5. d. 1. p. 1. n. 4. Coninch de spe, d. 19. dub. 11. concl. 1. 2. & 3.

Hoc mihi omnino certum. Quia licet Christus Dominus certo cognovit se omnia illa cōsequaturum: ad rationem spei non videtur necessaria contingentia, sed solummodo possibilitas cum difficultate. Fuit autem Christo Domino gloria sui corporis, exaltatioque nominis possibilis consequi cum gravi difficultate, & arduitate: siquidem summis doloribus, ac morte acerbissima illa consequi debuit. Luc. ult. Oportebat, Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Ergo licet in aliis beatis non esset agnoscendus habitus spei secundum suam denominationem, quia neque sperant gloriam animæ cum iam habeant, neque gloriam corporis, ut rem arduam & difficilem, cum absque illo labore eam consequuturi sint in Christo Domino agnoscendus est habitus spei quoad gloriam sui corporis, propriūque nominis exaltationem?

⁶² *Hoc mihi omnino certum.*

D V B I V M XII.

An anime in purgatorio existentes habeant propriissimum Spei actum?

Non habent. Quia licet beatitudo illis sit possibilis, & absens, quia tamen sunt de illius consecutione omnino certæ, non videntur de illius consecutione proprie spem habere, cuius obiectum debet esse aliquomodo speranti contingens. Sic Lorca 2. 2. sect. 2. d. 9. n. 7. & 8.

⁶³ *Nō habent.*

Habent quidem propriissimum spei actum. Quia illis beatitudo est possibilis, absens, & acquisita difficilis, siquidem debent tot gravissimis Cruciatibus pro illius consecutione affici. Ita D. Tho. 2. 2. q. 18. a. 3. Coninch d. 19. dub. 11. n. 146. Suar. de spe, d. 1. sect. 8. n. 4. Castro Pal. p. 1. tr. 5. d. 1. p. 1. n. 4. n. 5.

⁶⁴ *Habent quidem.*

Probabilior hac mihi sententia est. Nam quod certo sciant, se beatitudinem consecuturas, in causa esse non potest, quominus illam possint sperare. Certitudo enim nō tollit spem sed tollit anxietatem, & turbationem: alias careret spe consequendi beatitudinem, cui esset eius futura consecutio revelata. Vnde consequēter non deficit in illis habitus infusus spei ut ab eo actus ille spei connaturaliter eliciatur.

⁶⁵ *Hec mihi sententia probabilior.*

CAPVT VII.

Circa Timorem.

D V B I V M XIII.

An Timor initialis sit timor filialis incipiens, habens secum vel potens habere servilem timorem?

Premitto, in genere duplicem esse actum, alium profectionis in bonum tibi conueniens

⁶⁶ *Nonnulla premittit.*

K 2

ueniens, alium fugā à malo tibi desconuenienti. Actus prosecutionis vocatur spes, actus fugā vocatur timor. Ad eandem enim virtutem pertinet, amare bonum, & odio malum habere; quia eadem ratione uterque actus vertitur: & inter se sunt ita subordinati, ut vnus alterum necessario inferat: Ergo ad eandem virtutem pertinet sperare bonum sibi conueniens, & malum contrarium timere; uterque enim actus proprium commo- dū respicit. D. Tho. 2. 2. q. 17. & 19. Duplex vero hic timor est seruilis, ac filialis. Seruilis est quo inducimur ad non delinquendum, ex horrore pœnæ & seruilis dicitur, quod sit proprium seruorum timore pœnæ ad non male operandum induci. Timor vero filialis est affectus efficax, quo fugimus peccatum ex Dei complacentia, ne scilicet ipsum displiceamus; & filialis dicitur, quia proprium est filiorum induci ad non offendendum patrem ex ipsius complacentia. Profecto non tantum timore seruili & filiali inducimur ad non peccandum sed etiā initiali timore. Quæserim ergo, quid sit initialis timor?

67. Non est timor seruilis, sed filialis ipse incipiens & quasi imperfectus secum habens, sed filialis ipse incipiens. Quia huiusmodi filialis amor solet esse in initio. Sic D. Tho. 2. 2. q. 19. a. 7. & 8.

68. Est timor ipse seruilis, ut est radix timoris filialis eum introducens in animam. Quia huiusmodi seruilis timor in initio solet adesse, viam ad struat filiali. Ita Magist. in 3. dist. 34.

69. Primam sententiam communem Theologi esse non dubito, quam eligendam mihi duxi. Timor itaque initialis sic acceptus non distinguitur essentialiter à timore filiali, sed tantum accidentaliter: sicut imperfectum & perfectum & purum, & non purum in eadem specie. Dicitur vero timor iuste initialis, tum quia est timor filialis in initio, tum etiam quia est initium & dispositio ad timorem filialem purum atque perfectum.

D V B I V M XIV.

An timor seruilis eliciatur ab habitu Spei?

70. Ab habitu Spei non elicitur. Quia nec ab illo elicitur habitus: potest enim esse in peccatore, in quo præter habitus fidei, & spei, à quorum neutro elicitur, non est alius habitus infusus: neque ab habitu elicitur acquisito, quia timor seruilis supponit fidem, quam nullus habitus acquisitus supponit. Sic Bannes 2. 2. q. 19. a. 6.

71. Elicitur ab habitu spei. Quia desiderare efficaciter, erectè, & confidenter bonum à Deo potente illud potente illud conferre ex propria complacentia: & efficaciter, directè, ac timide fugere malum à Deo potente illud infligere ex propria complacentia, sunt moraliter eiusdem rationis, & habent eandem honestatem: imo physice formali specie non distinguuntur quia non specie desumpta ex obiecto formali modificatio ad actum spei, & ad actum timoris: neque ex obiecto formali modificatio ad actum bene-

volentia propriæ: sed tantum specie materiali desumpta ex obiecto formali constitutio affectus in esse concupiscentia, quod in ipso affectu est quasi materiale ad alia esse, seu ad alios respectus ipsius: sed affectus ille desiderij elicitur ab habitu & virtute spei: Ergo etiam affectus fugæ, qui verè est timor. Ita Suar de spe, d. 1. sect. 2. Lorca 2. 2. d. 14. Turrian. 2. 2. d. 63. Coninch d. 20. dub. 6.

Cum his opinor indicans, Bannes fallum supponere, nempe timorem seruilem non elici ab habitu spei. Quod autem dum magis perficitur charitas, minuitur timor pœnæ à Deo infligendæ, ob peccatum, non obstat ut timor hic sit actus honestus, & à virtute elicitus; quia non minuitur maiore perfectione charitatis nisi occasionaliter, nempe diminutione iudicij futuritionis pœnæ, ob cuius diminutionem minuitur modus timiditatis actu huiusmodi timoris imbibitus.

D V B I V M XV.

An timor ortus è virtute Spei sit in Beatis secundum proprium actum?

73. Est quidem. Quia id affirmat David Psal. 118. Timor Domini Sanctus permanens in seculum seculi. Et quamvis Augustinus affirmat exponi posse de timore quoad fructum, seu præmium, sicut & illud Psal. 9. Patienti pauperis non peribit in finem: nihilominus communiter à Patribus, & ab Theologis exponitur de timore ipso secundum se, & de eo ut sic exponit illud ipse August. 11. 34. in Ioan. & 11. 9. in Epist. 1. Ioan. In beatis igitur est actus timoris Sancti. Sic communiter Theologi, ut asserit Hurtad de spe, d. 2. diff. 3. Durand. in 3. dist. 34. q. 3. concedit beatis habitum timoris, sed eis denegat actum: sed immerito, quia scilicet potius potius loquitur de actu, quam de habitu ut ipse Hurtadus affirmat.

Non est in beatis timor secundum proprium actum. Quia beati cognoscunt sibi esse impossibilem Dei priuationem, damnationemque æternam: ergo eam timere non possunt. Timor enim proprie est alicuius mali possibili imminentis. Eadem ratione excludendus videtur filialis timor, qui proprie est culpæ, quatenus est offensa Dei, & etiam pœnæ per illam incurse propter à diuina possessione separari, & eius honore, quia æque beatis pœna & culpa est impossibilis, illiusque impossibilitatem illi cognoscunt: Igitur illa non possunt timere. Ita Durand citatus. & alij.

Ergo quidem, quia David cecinit, timorem Domini manere in seculum seculi: & de Christo Domino dixit Elaias, repleuissit eum Dominum Spiritu sui timoris: & Angeli, uti canit Ecclesia tremunt, & contremiscunt: existimo in beatis aliquem timorem esse statuent. & qualem Philosophi agnouerunt, ob illius beatissimi status securitatem: sed qualem Catholici agnoscunt possibilem cum illius perfectione. Inprimis ergo concedendum beatis assero timorem reuerentialem ortum ex cognitione diuinæ excellentiæ, ac propriæ utilitatis. Nam cum Deum beati

beati, & se ipsos perfectissime cognoscant, videantque se nimium diuinæ proportionatos familiaritatis efficiunt sane ei tremantes assistere, non tamen anxios, ac perturbatos, sed cum summa pace, ac securitate. Hæc igitur reuerentia simul cum humilitate dici solet communiter timor, non quia sit alicuius mali, sed quia est reuerentia admiratione plena. Deinde concefferim beatis filialem timorem, quo culpam, vt summum malum, & diuinæ bonitatis contrarium abhorreant. Neque obstat cognoscere, se esse à tam graui malo omnino securos; quia sufficit, quod attenta præcisè eorum naturæ illis sit possibile: hæc enim possibilitas remota sufficiens videtur causare in voluntate beati fugam. An non experimento comperitur est, nos tremere, ac pauere viso Leone ligato, à quo tamen scimus certo esse securos; quia sufficit apprehendere, illud malum nostræ naturæ esse possibile? Fateor, exemplum non esse adæquatum, tum quia timendo feram anxiamur, quod in beatis non contingit: tum quia malum, quod à fera nobis prouenire potest, absolute est possibile, vel quia possibile est à catena dissolui, vel illi coniungi. At beati cognoscunt, culpam, & privationem Dei illis esse impossibilem. Propter quæ credo cum Ferdinando de Castro p. 1. tr. 5. d. vni. pun. 3. num. 3. absoluto actu timoris refugere beatos id non posse, bene tamen per quandam simplicem actum, & quasi conditionatum. Et in hoc sensu non reputo inconueniens, quod refugiant peccatum damni, ac sensus, cum etiam apprehendere possint suæ naturæ præcisè spectatæ possibilem esse. Scio Valentiam 2. 2. d. 2. qu. 2. punct. 5. & Coninch. d. 2. o. de timore, dub. 9. censere, beatis non esse timorem etiam secundum hanc imperfectam rationem, quia sunt Deo intime vniti, & de sua incoluitate parum, de diuino honore multum solliciti.

tudo obtineri, est namque nostræ vitæ spiritalis anchora. Certum autem est obligare Spei præceptum, quoties necessarium est eius subsidio vt ad orationem, poenitentiam, vel tentationem vincendam. Quia præceptum obligans ad aliquem finem, obligat simul ad necessaria ad illum media exhibenda. At hæc obligatio non tam est ex præcepto Spei, quam ex præcepto orationis poenitentiae, ac vincendæ tentationis. Loquimur autem de directa Spei obligatione, & requirimus, num sit huiusmodi directa obligatio, cum primum rationis vltimū quis assequitur?

Est quidem directa actus Spei tunc obligatio. Quia eo tempore tenemur nos ad Deum conuertere, quod fieri non potest, quin in ipsum speremus, Sic Bannes 2. 2. q. 22. art. 1. dub. 2. Arag. ibi. Petr. Ledesm. tom. 2. summ. tract. 1. cap. 4. concl. 3.

Tunc non est actus Spei obligatio directa. Quia quæ à Doctoribus præfatis assignatur, non est obligatio directa Spei, sed conuersionis; quæ si fieri posset sine Spe, nullum de Spe esset præceptum. Ita Valent. 2. 2. d. 1. q. 4. pun. 1. Sanch. l. 2. Decal. c. 3. m. 3. Bonac. d. 3. q. 3. pun. 2. num. 1. Palao tom. 1. tractat. 5. d. vni. punct. 4. numero tertio.

Primæ sententiæ ratio non placet. Existimo enim conuersionem perfectam fieri posse sine speciali actu Spei eo ipso, quod Deum cognoscamus, vt summum bonum, illumque super omnia diligamus; quid enim impedire potest, quo minus fidem amor subsequatur sine vltimo actu Spei formaliter, & distincto? Sufficit namque regulariter, actum Spei mediare, vt dicamus Spem inter fidem, & charitatem medium locum tenere. Addiderim, pro illo instanti vltimo rationis non adesse hoc conuersionis ad Deum præceptum iuxta probabilem sententiam: sed necessarium esse, vt tempus aliquod prudentis arbitrio decurrat: ergo non adest tunc directa Spei obligatio.

CAPVT VIII.

Circa Præcepti Spei obligationem.

DVBIVM XVI.

An sit directa eliciendi actum Spei obligatio cum primum rationis vltimū quis assequitur?

DVBIVM XVII.

Obligaturne quis actum Spei elicere, quoties graui desperationis tentatione vexatur nisi vltimum actum Spei contrario obfirmet?

Obligatur equidem. Quia eodem præcepto, quo tenetur non desperare, tenetur & sperare, quando sperare, medium est necessarium, ne desperet. Sic Bannes 2. 2. q. 22. art. 1. dub. 2. Valent. 2. 2. d. 2. de Spe, q. 4. pun. 1. Sanch. lib. 2. Decal. c. 3. m. 3. Bonac. d. 3. q. 3. pun. 2. n. 2.

Non obligatur. Quia quis poterit agnoscere, medium esse necessarium, ad superanda desperationis tentamina actum Spei elicere, cum sint plurima alia media à Deo instituta ad quamlibet grauem desperationis tentationem superandam? Ergo nequit quis aperte agnoscere, an necessarium sit tunc actum Spei elicere: ergo eum gerere non obligatur. Ita Ferdinandez de Castro tom. 1. tract. 5. d. vni. pun. 4. num. 3.

Fateor ingenue sententiam primam verissimam esse, si aperte cognosceret qui desperationem peragere.

76 De præcepto poenitentiae, & agnitione actus Spei eliciendi, cum nulla apparet. Receptum Spei potest esse affirmatiuum, vel negatiuum. Negatiuum semper obligat, quia semper tenemur, de diuina misericordia, & vitæ æternæ consecutione non desperare. De affirmatiuo non est constans Doctorum sententia quandonam obliget: etsi apud omnes cum D. Thoma 2. 2. q. 22. art. 1. sit receptum aliquando obligare, ex illo Psalm. 4. Sperate in domino, & ad Tit. 2. Expectantes beatam fidem, & ad Rom. 15. per patientiam, & consolationem Scripturarum Spem habeamus. Non enim sine Spe beatitudinis potest beati- Esch. & Mend. Theol. Mor. Tom. VI.

OPAR
Mor.
VI. VII.
IV

perationis tentamine afficitur, nec flarium esse ad id vincendum, actum contrarium Spei elicere. Sed non calleo, quandonam actus Spei reputari possit necessarium medium ad tentamen illud vincendum, si alia plura agnata media possint obici ea tentatione diuexto: nempe oratio, consideratio, fides, amor, & imaginationis diversio. Non ergo hoc tempus obligationis est cognito facile. Vnde existimo regulariter tentatum desperationis aculeo haud esse obligatum, actum Spei elicere, quia raro dignoscet aperte, eum necessarium esse medium ad illa tentamina superanda.

D V B I V M XVIII.

Tenerisne Spei actum habere quories obligaris, aut vis aliquid à Deo petere?

84
Teneris qui
deq.

Teneris quidem. Quia sine spe consequendi, quod petitur petisse debite non videris. Sic Coninch. de Spe, disputation. 19. dub. 9. num. 117.

85
Non teneris.

Non teneris. Quia tunc non est Spei directa obligatio, sed indirecta, quatenus est medium necessarium ad orationem. Quod inde constat, quia si orationem debitam omittas, non peccas contra Spei virtutem, sed contra Religionem, cuius actum excipere tenebaris. Ita Castro Palao tom. 1. tractat. 5. dub. vnic. punct. 4. numero 3.

86
Probabilius
hoc.

Cui adhuc probabilius. Nam stare optime potest, te obligatum esse ad orationem aliquam faciendam, non tamen esse obligatum, neque indirecte ad formalem Spei actum elicendum: sufficit, si illum habeas implicitum, ac virtutem, ut dixit Snar. d. 1. sect. 1. nu. 2. Qui enim postulat à Deo beneficium aliquod, non tenetur illud petere ex amore sui, & ex relatione ad beatitudinem sibi convenientem: potest namque illud petere, & sperare consequi ex amore amicitiae, vel alio honesto fine: Non ergo actum formalem Spei elicere obligatur. Restat igitur, ut dicamus, nullum esse tempus determinatum, in quo huiusmodi praeceptum obliget, sed prudentis arbitrio mensurandum esse, nec permittendum, longo tempore differri. Suarius ibi, num. 3. Regulariter huic praecepto positivo Spei omnes satisfaciunt, cum de peccatis dolent; qui vix aut nunquam omittunt actum formalem Spei, quo eriguntur, (ut dixit Tridentin. sess. 6. c. 6.) ad peccata detestanda, novamque vitam ineundam. Et cum propositum habent nunquam lethaliter delinquendi. Hoc enim propositum licet aliquoties ex Dei perfecto amore procedat, saepe ex imperfecto gignitur. Considerat enim quis aeternam retributionem, quam ob peccata amittit, & ex illius consideratione in spem vitae aeternae, ut sibi convenientis erigitur, ac crimine detestatur.

D V B I V M XIX.

An sit praeceptum de actibus timoris filialis, & servilis formaliter exercendis?

Vidimus, duplicem esse honestum timorem filialem scilicet, & servilem, filialem, scilicet quo quis ex Dei amore timet, & eius fugit offensionem, sicut legitimus filius patrem timet offendere, quia illum amore complectitur; servilem, quo timet more servorum Deum offendere ob poenam, quam inde incurrit: quo in affectu potius suae incolomitati, quam diuino consulti honoris. De utroque timore assero esse praeceptum De filiali Deut. 10. dicitur, Quid Dominus Deus tuus praecepit a te, noli timeas Dominum Deum tuum. Et De servili autem Mat. 10. & Luc. 12. [Eum time, qui postquam occiderit, habet potestatem, mittere in gehennam.] Et colligitur ex Tridentin. sess. 6. cap. 6. deficientie, ad iustificationem impij gehennae timorem concurrere. Quaerimus itaque, an praeceptum hoc sit de actibus timoris filialis, & servilis sit formaliter, & expresse elicendis, an sufficiat, ut virtualiter sit?

Praeceptum est de his actibus formaliter & expresse exercendis. Quia saepe quis gravi tentatione vexatur, eamque vincit timens, ne Deum offendant, neve poenam gehennae incurrat: alioquin non victurus. Ergo huiusmodi timor obligat in praesenti casu: Igitur formaliter, & expresse est exercendus. Sic nonnulli Moderni.

Non est praeceptum de his actibus formaliter exercendis. Quia cum necessarium non sit ad impij iustificationem aliquem ex his timoribus expresse, ac formaliter concurrere: sed sufficit, si virtualiter insit, ut notavit Valentia disputatione secunda, questione quarta, puncto secundo, efficitur plane, nullum adesse praeceptum expressum exercendi hos timores formaliter. Ita Valentia ibi. Sanchez libro secundo, Decalogi capite trigesimo tertio, numero quarto, Palao tom. 1. tractat. 5. dub. vnic. punct. 4. numero 6.

Hanc sententiam veram omnino esse defendo. Nam in casu pro prima sententia proposito respondendum est, obligari illum non ex praecepto speciali timoris, & Spei, sed ex praecepto illius virtutis, adversus quam tentatur. Quod manifeste probo ex eo, quod si ille tentationi consentiat, non adversus virtutem Spei peccat, sed solum adversus illam virtutem, cuius erat tentatio: eamque solum culpam tenetur in confessione manifestare. Quia ille defectus timoris solum est conditio quaedam generalis continens animum à peccatis, sicut diuinorum beneficiorum consideratio fuisset: ac proinde sicut defectus huius considerationis specialem culpam non constituit, neque etiam defectus timoris illam constituit potest.

CAPVT IX.

Circa Desperationem virtuti
Spei contrariam.

DVBIVM XX.

An Desperatio consistat aut in nolitione
beatitudinis, aut intellectus, quo
quis iudicat, se non esse
saluandum?

REMITTO ex sect. i. de-
finitionem Desperationis desu-
mi debere ex contrarietate,
quam cum spe habet. Vnde
cum Spes consistat in volunta-
te efficaci obtinendi beatitudinem, illamque
procurandi: desperatio consistit in voluntate
efficaci nolendi beatitudinis perfectionem:
sic enim desperatio directè Spei contraria
erit. Quia ut planius fiat, ad questionem ad-
uoco, an desperatio consistat in nolitione bea-
titudinis, aut in actu intellectus, quo quis iu-
dicat se non esse saluandum?

Consistit quidem. Quia Spes consistit in
beatitudinis volitione: & supponit actu fidei
quo quis credit, saluari posse. At desperatio
est Spei contraria: ergo debet consistere in
ea volitione, aut in eo intellectus actu. Sic
Almain. *tr. i. moral. c. 1.* & alij, quos, presso no-
mine, memorat Castro Palao *ro. i. tr. 5. de Spe,*
d. vii. p. 5. n. 2.

Non consistit. Quia consistere non potest
in nolitione beatitudinis, nullus enim est, qui
beatitudinem nolle possit, cum in beatitudine
nulla ratio mali apprehendatur. Neque in actu
intellectus, quo quis iudicat se non esse sal-
uandum. Desperatio enim est contraria Spei, &
cum spes sit in voluntate, desperatio in ea-
dem potentia debet recidere. Ita Vasq. *1. 2. d.*
39. num. 7. Palao citatus. Coninch de Spe, d. 10.
dub. 10. a. n. 74.

His herens affirmo desperationem consiste-
re in duplici voluntatis actu, vel in vno cum
duplici respectu. Primo consistit in quadam
voluntate efficaci positivaque omittendi pro
tota vita media ad salutem necessaria, quia
apparent desperanti difficilia, & eius appetiui
sunt contraria. Secunda consistit in ipsiusmet
beatitudinis fuga, & recessu; quatenus enim
ille actus beatitudinem respicit, dicitur pro-
prie desperatio; quia beatitudinem desperat,
qui illam non vult prosequi. Quatenus vero
respicit mediorum executionem, quæ ad bea-
titudinem requiruntur, dicitur nolitio; quia ab-
solute non vult media beatitudini necessaria
exequi.

DVBIVM XXI.

Possibilisne est casus de eo, cui Deus fore
damnandum reuelaret?

Impossibilis est. Quia talis reuelatio diuinæ
bonitati, ac sapientiæ repugnat. Tum quia
constitueret hominem in vehementi occasio-
ne desperandi de diuina misericordia, & pluri-
ma crimina perpetrandi. Tum quia impediret
serium, & fortem conatum in beatitudinem,
quem habere non posset, qui sciret, beatitudi-
nem non esse consequaturum. Sic D. Bona-
uent. *in 1. dist. ult. circa literam.* & ibi Gregor.
9. ult. paulo ante fin. D. Tho. ibid. a. 4. ad 2. vo-
cās casum quasi impossibilem. Dionys. Richel.
dial. de indic. anime, a. 5. Altisiodor. 1. 3. tr. 5. c. 6.
quest. 5.

Non est impossibilis saltem de potentia Dei
Quia in hoc nulla videtur adesse implicatio,
nec repugnantia: licet enim ille homo ex tali
reuelatione constitueretur in vehementi oc-
casione multiplicandi crimina, ac de diuina
misericordia desperandi: illa peccata non es-
sent Deo attribuenda, quia Deus obligatus
non erat illa impedire, aut ab eiusmodi reue-
latione, & occasione cessare, cum gravissima
causa motus, scilicet offensione diuinæ iustitiæ
id gesserit. Quoties ergo peccata ex alicuius
actione per accidens sequuntur, & præter ipsius
intentionem ipsi non tribuuntur, si obligatus
non fuit, ab actione cessare. Ita relato D. Thoma
Maior, & Gabriel, quos citat & sequitur Suar
d. 2. de Spe, sect. 2. n. 6. Coninch d. 20. dub. 12.
n. 91. Vasq. 1. 2. d. 72. n. 15. Bonac. d. 3. q. 3. p. 2.
n. 4. Lorca 2. 2. q. 22. a. 1. sect. 2. d. 18. & alij.

Hanc mentem probabiliorē esse reor. Nā
ex huiusmodi reuelatione minime impedi-
tur homo ille firmum conatum in beatitudi-
nem habere, quantum est ex parte sua: licet
attenta humana fragilitate sit difficillimum.
Ex nullo igitur capite implicatilis reuelatio,
præcipue si fiat homini peccatori in peccati cō-
missi vindictā, & ad aliis terrorē incutiendum.
Dixi si fiat homini peccatori. Nam iusto vix cre-
diderim posse talem reuelationem fieri; quia
nulla videtur honesta causa adesse, qua Deus
reuelationem illam amico suo gerere mouea-
tur. Nam potissima causa, quæ excogitari po-
test est peccati proprii vindicta, quæ in homi-
ne iusto non habet locum. Doctrinam confir-
mo. Nullam inuenio implicationem, quod
Deus Antichristo reuelaret suam impoeni-
tiam finalem, & æternam damnationem;
siquidem impoenitentia illa non ex reuela-
tione, sed ex malitia illius provenire deberet
eodem modo, ac si non esset facta reuelatio;
quia reuelatio, sicut & scientia Dei causa-
rum operationem non immutat, sed potius il-
lam obiectiue supponit. Mecum Coninch
num. 93.

DUBIUM XXII.

Pesit, quod Deus alicui suam damnationem absolutam reuelasset, peccarene ille desperando?

97
Nonnulla
suppono.

Suppono, eum non posse beatitudinem sperare. Quia ad actum spei non sufficit iudicium possibilitatis rei, quae speratur, sed requiritur illius futuritionis iudicium; absque quo non potest cōfidenter desiderari, quod in substantia actus spei imbibitur. Homo autem ille non iudicaret, se esse saluandum, sed potius damnatione afficiendum: ergo non posset suā beatitudinem sperare: unde excusaretur ab implendo praecepto affirmatio spei, non ablatione praecepti, quod praefata reuelatione nō auferretur, sed impotentia implendi illud; defectu enim iudicii futuritionis non maneret in illo sperandi potestas. Quaesierim verò, an homo ille desperando peccaret, sine num praeceptum negativum obseruare teneretur nempe non desperandi?

98
Peccaret
quidem.

Peccaret quidem. Quia desperare est intrinsece malum: desperando enim omnipotentiae Dei irrogatur iniuria, sicut discredendo irrogatur veritati, ac veracitati Dei. Sic Petrus Hurtado de spe, d. 11. ad finem. Inclinat Suar. de spe, d. 2. sect. 2. fine. Et supponit Azor. l. 2. c. 21. q. 3. Coninch affirmat, desperationem tunc non esse peccatum, si procedat ex iudicio quo credit ille, beatitudinem non esse ex sua infirmitate consequitur: secus si ex iudicio quo credat, misericordiam Dei sibi non esse paratam. Sic ille d. 20. de spe, dub. 13. concl. 2. num. 109. Bonac. d. 3. q. 3. punct. 2. numer. 4. contestatur.

99
Non peccaret.

Non peccaret, sed desperare licite posset. Quia hoc in casu desperans nullam potentiae Dei irrogaret iniuriam, neque alicui alij attributo diuino, desperationis affectu orto ex iudicio certo, quo ille ob diuinam reuelationem iudicat, se à beatitudine priuatum esse non ex defectu omnipotentiae, nec alius diuini attributi; sed aliunde. Tunc enim affectu illo desperationis nulla Deo iniuria irrogatur non solum physice, sed neque moraliter & interpretatiue. Nam tunc desperat ob iudiciū non fructu saluationis, & non ob aliquod iudiciū imprudens. Si enim ob hoc desperaret Deo moraliter & interpretatiue iniuriam irrogaret; quemadmodum qui discredidit dicta à Deo. ita sufficienter proposita, vt nequeat prudenter dubitare esse à Deo dicta, interpretatiue, & moraliter irrogat testimonio Dei iniuriam etiam si iudicet à Deo dicta non esse; quia id imprudenter iudicat. Neque ille desperationis affectu beatitudinem contemnit; non enim fugit illam ob malitiam aliquam, quam in ea secundum se apprehendat sed quia prudentissime imò certissime iudicat illam non futuram. Ita Turrian. 2. 2. d. 65. dub. 2. Becan. de spe, cap. 17. quest. 8. Coninch hic, d. 20. dub. 13. Hurtado Complut. de spe, dub. 2. diff. 7. & alij.

100

Cum his sentio iudicans desperationem in

casu proposito non esse intrinsece malum, sed tunc cum quis desperat vel ex defectu omnipotentiae Dei, vel alijs attributi: (ex cuius defectu nullus sanae mentis potest desperare) vel ex iudicio imprudenti non futuritionis obiecti sperabilis; sicut etiam discredere dicta à Deo non est intrinsece malum, quando prudenter iudicatur non esse à Deo dicta: vel quando potest prudenter dubitari esse dicta à Deo: sed tantum quando discreditur ex defectu qui reuelationi diuinæ attribuitur, ex quo nullus sanae mentis potest discredere: vel ex iudicio imprudenti non reuelationis diuinæ; quia non potuit esse prudens, cum ita fuere proposita, vt non posset de reuelatione diuina prudenter, seu rationaliter dubitare.

DUBIUM XXIII.

An ille, cui Deus suam damnationem reuelasset, posset licite desperare: sequereturne eum non posse ad beatitudinem conari: & non peccare, temptationibus consentiendo?

Profecto sequeretur, seu inferretur illi non teneri, imò non posse conari ad beatitudinem. Quia serium conatus ad beatitudinem esse non potest cum iudicio certo de illius non consequentione. Inferretur etiam eum non peccaturum temptationibus consentiendo. Quia hanc vincere nemo potest sine serio conatu ad beatitudinem, quem tamen habere ille non debet. Profecto ad serium conatum ad beatitudinem requiritur necessario iudicare probabiliter saltem esse tibi possibile beatitudinem consequi. At qui certo scit, non esse illam consequiturum, non potest indicare probabiliter, esse sibi possibile, eam consequi. Ergo non potest ad illam efficaciter moueri. Sic Coninch disput. 20. 160 dub. 12. 13. & 14.

Non sequeretur, aut inferretur illi non posse conari ad beatitudinem, nec peccare temptationibus consentiendo. Quia cum iudicio certo de damnatione potest ille, quantum est ex parte sua serium conatum habere pro illius consequentione. Illa enim damnatio non euenit ex aliqua causa, quae illi necessitatem inferat; sed euenit ex eius libera voluntate ad peccatum determinante: ergo antecedenter ad illius determinationem conari potest, vt se non determinet. Quid enim impedit? Certè non iudicium, quo iudicat se non euitaturum, quia hoc iudicium supponit eius liberam determinationem cum omnibus causis, quae ad illam concurrunt: & cum omnes hae vim, ac necessitatem voluntati non inferant iudicat, se libere esse determinandum. Ergo cum hoc iudicio stare potest aliud iudicium, quo iudicat se posse non determinari, atque adeo possibile esse sibi non condemnari. Igitur serium conatum habere potest pro peccato ac condemnatione vitanda. Ita Castro Palao part. 1. tract. 5. dub. unic. punct. 5. numer. 10.

Ego

¹⁰⁵ Ego quidem dubius hærebam, quam sententiam eligerem, mente perpendens, ad aliquem finem consequendum neminem posse eligere medium, quod hic, & nunc inutile reputat ad illius consecutionem: Ergo non poterit serio, & constanter ille eligere medium ad vitandum peccatum, & condemnationem, quod attentis his circumstantiis inutile reputat. Attamen iam secundæ sententiæ adherere decerno, perspicuam difficultati inueniens solutionem. Quia scilicet quando inutilitas mediæ aliunde quam ex illius voluntate provenit, fateor, eum serio, & efficaciter conari non posse ad finis pro illo medio consecutionem. At si medium esse inutile non aliunde quam ex illius voluntate provenit, optime poterit conari finis consecutionem medio illo, cum hoc obiectum illius voluntatem, & potentiam non excedat.

DUBIUM XXIV.

Presumptionis peccatum corrumpitne Spem?

¹⁰⁶ *Quid sit Presumptio* Presumptio est Spes obtinendi à Deo gratiam, & gloriam, reliquaque supernaturalia dona aliter, quam ipse obtinenda statuit. Nam cum ipse sit voluntas obtinendi à Deo gratiam & gloriam mediis ab ipso institutis, & presumptio alia via intendat. Spei opponitur D. Tho. 2.2. q. 11. & omnes cum eo Doctores. Quæstio autem, num presumptionis peccatum

ita sit contrarium Spei, ut illam corrumpat?

Ita contrarium est, ut corrumpat Spem. Quia si more Pelagij, ac Lutheri præsumas, credens propriis viribus, vel sine meritis beatitudinem te consecuturum manifestum est, te Spem amittere: amittis enim fidem, sine qua Spes non est, neque vlla virtus, ut docent omnes. Sic Moderni quidam.

Spem minime corrumpit. Quia hæc amissio virtutis Spei, quam prima sententia innuit, non provenit proprie ex præsumptione contraria Spei, sed ex hæresi, quæ præsumptionem antecedit. Quo circa si hæc præsumptio sine iudicio erroneo intellectus haberetur, ut communiter haberi solet, cum ita speras beatitudinem consequi, ac si illam propriis viribus, vel sine meritis indicares assequendam, Spem non destruis, etsi illi aduerseris per excessum; quia non per quodcumque peccatum Spei contrarium perit Spes; sicut neque fides per quantumque infidelitatem, sed per solum illud peccatum, quocumque compati nulla ratione potest, quod non est aliud nisi desperatio. Ita Palao p. 1. r. 3. d. vii. p. m. 6. n. 4. Suarius d. 2. de Spe, sect. 3. n. 4. Valent. 2. 2. d. 2. q. 3. p. m. 2. Turrian. q. 2. 1. a. 2. Coninch. 2. 2. d. 20. dub. 1 5. n. 149. Sanchez l. 2. Decal. c. 33. n. 8.

Hoc certum mihi. Nam cum presumptione, secluso intellectus errore optime compati potest Spes, cum tam Spes, quam presumptio conveniant in obiecto formali sperato, quod est beatitudo, ut bonum proprium: & solum differant, quia diverso modo illam consequi sperant.

¹⁰⁵ *Corruptio Spei.*

¹⁰⁶ *Spem non corrumpit.*

¹⁰⁷ *Certum hæc mihi.*

